



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De com[m]emoratione s[an]cti pauli. Cap[itulum]. xxvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

eumq; idcirco despectus. Sed deus omnipotēs: vt quātus esset: qui cōtēnebatur ostenderet: cōtinuo in campo narniensis: vbi rex erat: corā omni exercitu malignus spiritus spatium eius inuasit eumq; verare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad sanctum episcopum esset adductus: hūc ab eo vir domini facto signo crucis expulit qui in eum ingredyterius non presumpsit. Sicq; ab illo die rex barbarus virum dei cepit venerari ex corde: quem despectū prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hostias deo offerebat: et omnia que habere poterat: in elemosynas pauperum tribuebat. ¶ Quadā nocte dominus per visum cuiusdam eius presbytero apparuit ei: dixit: vt ad episcopum pergens diceret: quatenus ea que ceperat ageret: nec ab inchoatis desisteret. ¶ Quoniam in natale apostolorum ad se veniret: et tunc sibi mercedē suam redderet. Sed quia dies apostolorum vltimus erat: presbyter episcopo indicare visionē timuit. Alia nocte christus iterum rediit: et inobedientiam presbyteri increpans: iussa iterum imposuit. Sed dum presbyter pergeret: et episcopum infirmatum audisset: iterum visionem referre dissimulauit: visionē igitur tertia dominus apparuit: verberaverbis addidit: et presbyterum tam districta cede mactauit: vt vulnera linouis corporaliter impressa visionem per spiritum habitam confirmarent. ¶ Veniens autē presbyter ad ecclesiam sancti iuuenalis episcopum celebraturum inuenit: cumq; secretius vocans visionem aperuit: et vulnera verberibus inflicta monstrauit. Quod sanctus audiens ex illo iam die lucra pietatis perauit: verum cum sibi conseruado esset annis singulis die apostolorum natalitio romā venire: hac visionē suspectus tunc venire iuxta morē noluit. Et idemq; diebus quasi de sua nece securus sollicitus fuit. Sicq; reuoluto postmodum anno et deinceps annis singulis vsq; ad septimum: eo ipso tempore in mortis sue expectatione suspensus fuit. Jam quoq; quodāmodo de visionis veritate desperauerat. Cum ecce anno septimo dñi sacras apostolorū vigilas incolumis celebrasset: dolor eum corporis in vigilijs attingit: atq; in die apostolorum celebrare posse recusauit. Et magna populi cōpulsus instantia: ecclesiā intrans vt potuit sacrificiū obrulit: moxq; ad lectulum rediit. Et cū circumstantes clericos diuinis colloquijs admoneret. Inter verba exhortationis terribili voce clamauit. Hora est: moxq; assistentibus ipse suis manib; lintheū dedit: quod sibi ex more morientū contra faciē tenderetur: quo extēso ipse spm̄ emisit. iij. kal. Julij. Et sepultus est in ecclesia sancti iuuenalis: ad cuius tumulum miracula crebra diuinitus fiunt. Hec Gregorius tertio dialogo: cap. sexto et libro quarto: cap. lviij.

¶ De cōmemoracione scti pauli. Cap. xxvi.



**M**emoratio sancti Pauli apostoli ab ecclesia celebratur pridie kal. Julij non quod die paulus apostolus fuerit passus: quia vt dictum est: passus fuit eodem die eiusdem anni: quo et petrus apostolus occisus est: vt tenet expresse hieronymus et multi doctores. Sed quia festum vtriusq; apostolorum eadem die: quo ad officium non poterat celebrari et incouentens erat: vt alter ipsorum carenter officio singulari: ordinauit gregorius papa: vt ipsa die qua passus fuerat fieret: quo ad officium solemnitas petri: et sequenti die cōmemoratio pauli: tū quia petrus maior est dignitate: tum quia prior cōuersione: tum quia primatum obtinuit rome: h; autē petrus paulo sit maior dignitate et ecclesia militate: non tū maior sanctitate: nec etiā maior in gloria creditur esse in ecclesia triumphare. vnde notādū quod quicq; paulus de minor petro: quicq; maior: quicq; equalis. Reuerentiam minor est dignitate: maior predicatione: equalis sanctitate.

¶ De sancta Lucina discipula. Cap. xxvij.



**L**ucina discipula apostolorum cuius nobilissima romana fuit: que a beatis apostolis petro et paulo cōuersa: baptizata: et docta de facultatibus suis multa scriptorū necessitatibus ministravit. Plurimos quoq; martyres in suo predio in quadā crypta sepeluit. Demū et ipsa in sancta xpi cōfessione virtutum opibus pollēs quiescit in xpo. Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres sepeliat: pridie kalen. Julij.

¶ De sancta Lucina martyre. Cap. xxviii.



**L**ucina martyris nobilis matrona romanorum tempore Diocletiani et Maximiani in urbe claruit: que plurimum sanctorum martyrum corpora in predio sepeluit: inter que sanctorum cyriaci: largi: et sinaragdi: necnon beati sebastiani cadavera honorifice cōdidit. Et sanctis xpianis pauperibus multa de suis facultatibus ministravit. Et post hec omnia de omni sua facultate ecclesie romane donationē fecit. Quod vbi imperator maximianus audisset: ipsam perscriptōe dānauit. Beata autē lucina rogauit bñm marcellū vrbis rome ep̄m: vt domū suā ecclesiā cōsecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicq;